

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput X

urn:nbn:de:bsz:31-97032

ANDA
speciem, sicutem
in cibis. Alio-
rum habent foliages
retrahentes, canali-
tas. Ovaria numeri
duodecim, & incolumes.
Albertus ex passu
vulnifaciatemque illa
et placuit. Pliny.
non nasci ferat. No-
bus in Tarracinae, &
Pompeio. Magne-
tum in Scyathos
a genere eorum an-
tim tellis suis palu-
quunt. Elan. I
capillos multiplici-
tum acutum, & pene
immaculatum trecentas
& extractum de
aque in vase mi-
cium aqua in qua
ochlearia tales de
palum, & par-
amnia, molles con-
loc liquore capillis
de cinare conve-
scuntur vel conge-
nitur.

undant, aliæ juxta littus. Ad Myontem Ioniam urbem,
haud sane magnus sinus erat, quem cum Meander è re-
gione influens amnis, limosus, obturatis ad vestitio lu-
to faucibus, annis volventibus paludem effecisset; tan-
ta ex ea culicum enata est copia, ut eorum tædio coa-
cti Myontii, urbe relicta Miletum commigrarent. Mor-
sus illarum septentrionales incolæ cum vitare volunt,
absinthii vel nigella decocto caput & cætera membra
aspergunt. Olaus. In morsu vero discrimen facit. Nam
quibus sanguis purus & minime putridus est, hos non
insectatur, fructus non attingit, priusquam corruptione
acrotrem contraxerint; & acidis maxime delecatur.
Leonh. Iachin. Quod vero sanguinem humanum ma-
xime appetunt: (*αἱμάτος hinc ἀνθρώπων σίφωνες διέτι*)
dulcia etiam appetere non evincitur. Sanguis enim pars
dulcissima ac purissima ad nutriendum absuntur, in-
teriorisque later ad cutem crudissima devenit. Vnde pu-
stulae extra corpus erumpunt.

CAPUT X.

DE ECHINO, EPHEMERA,
& ERUCA.

E Chini, marini quoties percussere æstum, saburra se
gravant, ne vel proper levitatem jaçtentur, vel in-
gruente tempestate auferantur, sed petris firme inhæ-
rent. Plut. lib. Vir. anim. Vivorum testa obductorum
& aculeis communitorum contritorumque frusta in
mare abjecta coeunt: & affinem partem recognoscunt,
applicataque conservuntur, & naturali quadam concilia-
tione rufus uniuntur. Aldrovand. Quantum ad E-
phemeralam, Hypanis fluvius apud Cymmerium Bo-
sphorum, sub solstitio folliculos acinis majores de-
fert, ex quibus quadrupedes volucres erumpunt. Ge-
nus hoc animalis in pomeridianum diei tempus vi-
vit, discedente Sole marcescit, & languente occi-
idente moritur. Hinc illi ephemereti seu diarii nomen
Aldrovand. Erucas quo spectat, testatur Hieracles,
equis,

equis, si se super eas volent, vibices assurgere, cutem occalescere, oculos curvari; sedati, si aceti selibra cum atramenti sutorii conteratur quadrante. Depascunt olera, sed si eruca inter ea confita fuerit, non tangunt. Ut vero eadē infesta non generent animalia, in corio testudinis omnia quæ sparsurus es semina sicca, vel mentam pluribus locis maxime inter caules serie. Praesocurides, inquit, Cardanus, vocantur animalia, quæ solent in hortis nocere. Ferunt quod si ventriculum vervecus statim occisi plenum sordibus suis spacio quo abundant leviter defoderis, post biduum reperies ibi anima lia congesta. Hoc cum bu vel tertio feceris, genus omne, quod nocet extingues. Paulus Aegineta scribit, erucas oleum cum oleo inunctas, dici tutos à virulentorum animalium mortibus servare.

C A P U T X I . D E F O R M I C A .

IN Regno Senegæ sunt formicæ albæ, & suapte natura humiles efformant casas. Nam ore terram portant, & ferruminant absque calce, clibanos diceret, vel ruscula in ordine disposita. Scaliger Exerc. 367. Rubæ sunt in Provincia Mangi, quibus cum pipere vescuntur. Scaliger Exerc. 96. Apud Brachmanes palmatis magnitudinis, in nova Hispania scarabæos æquant. Apud Dardas, quæ maxima est Indorum montanorum natio, collis quidam trium millium stadiorum ambitu esse dicitur, sub eo aurifodinæ, quas formicæ effodiunt, vulpium magnitudine. Plin. Fabulosa cum Strabone censemus. In Baia Salvatoris ingens illarum copia, in ore quiddam forticum instar, quo satia ita abscindunt, ut morsu illo arescant Aldrovand. Ibi eadem Occidentali India Comixen dicuntur, semiformicæ & semivermes alba repentes cauda. Ligna erodendo penetrant, & domibus ingentia infestunt damna. Parietem aut arborem scansuæ opercula terrea digitum crassa secum ferunt, sub his ubi habitandum